

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Articuli, de quibus egerunt visitatores in regione  
Saxoniae**

**Melanchthon, Philipp**

**[Wittenberg], 1527**

De traditionibus humanis

[urn:nbn:de:bsz:31-93298](#)

cōstituta stupranti, aut ducat, aut dotet;

Quod si quis ducat contra parentum uoluntatem, debet retinere? Respōdeo: æquum est ut retineat. Quia quanquam parentes habeant ius aliquid, tamen eo iure uti debent sine iniuria. Debent tamen à Magistratibus aliqua mediocri poena puniri, qui contrahunt contra uoluntatem parentum, si parentes hoc non ultro condonāt liberis. Item, sunt uidentiae causæ, quur parentes cupiāt rescindi contractum.

#### DE TRADITIONIBVS humanis.

Iam hoc postremo loco tractādo, magna pars concionatorum plurimum collocant temporis, quum loci pœnitentiæ, timoris, fidei, bonorum operū, obedientiæ erga Magistratus, multo magis necessarij sint ad instituendam conscientiam & mores, quam hæc disputatio de traditionibus humanis. Et planè nunc est nūnum genus caloris eorum, qui clamitati scelus esse, hærere cuculla, aut non edere feria sexta carnes. De timore dei interim nihil

nihil dicunt. Tum enim quid aliud faciunt, quam quod ait Christus: Glutiūt Camelum, & colant culicem? Propterea moneo concionatores, ut uulgo recte de hoc loco dicant & caute, Tractent ea potius, quae ad ædificationem faciunt, nempe superiores locos. Nīmīa enim insectatio traditionum hominum, quid facit aliud, quam ut uulgaris adsueseat ad omnium legum humanarum & diuinarum cōtemptū? Nō enim discernit uulgaris satis inter diuinās & humanas leges. Itaq; hoc genus scandali summe cauendum est docentibus.

Traditionum, alia manifeste præcipiunt contra diuina præcepta, & nō sunt seruandæ, quia dicunt Apostoli Act. 5. Oportet deo magis obedire, quam hominibus. Huiusmodi sunt nundinatōnes Missarum, ut quum Missæ leguntur tantum pecuniae causa pro defunctis.

Missa enim est instituta, ut esset sacra mentum, seu memoriale uiuorū, ad exercendam eorum fidem. Mortui uero nullo opere possunt exercere fidem suam. Sic etiam est traditio de cœlibatu, quia

C. 2 pugnat

pugnat cum loco, ubi Paulus ait: Melius  
est nubere quam tri. Cogit enim tradi-  
tio illa eos, qui utuntur ad peccandum.  
Ut tuntur autem illi, qui nullo modo pos-  
sunt continere.

Secundo, quædam traditiones sunt de  
medijs rebus. De his ita doceant, nō eas  
esse necessarias ad iustificationem, si  
cū Christus ait: Frustra colunt me man-  
dati hominum. Sed inter has quædam  
sunt utiles ad pacem ecclesiæ, ut obserua-  
tio Dominicæ, aut aliarum feriarum, Pa-  
schatis, Pētecostes, Natalis, aut similiū.  
Oportet certum diem populo cōstitui,  
quo conueniat ad discendum, nec semel  
tota historia Euangelica tradi potest.  
Quare alia alijs diebus traditur, alia Pa-  
schati, alia in Pētecoste, alia in Natali do-  
centur. Ad hunc usum tales traditiones  
seruandæ sunt, quia præcipit Paulus:  
Omnia fiant in ecclesia cum decore. Est  
enim confusio, si non constitueretur cer-  
tus dies multitudini, quo conueniret. Hix  
iūsimodi etiam ordinatio concionū est.  
Eſſet enim confusio, si suam quicq; con-  
cionem faceret, & non certam aliquam  
cant;

cantilenam omnes canerent.

Sic igitur hæ traditiones sunt seruandæ, non tanquam necessariæ ad iustificationem, sunt tamen utiles ad pacem. Et sicuti longa ueste, non militari sacerdos libere utitur, & alia alio labore uel negotio uti potest. Si quis argumentatur, potestatibus esse obediendum, & potestatem præcipere omnes traditiones servari. Item: Supra cathedram Mosi sedebunt scribæ, quicquid dicunt, facite. Respondeo: Obediendum est potestati, sed si præcipiat facere contra præcepta dei, iam deo plus obediendum est, & Christus iussit pseudoprophetas uitari. Porro omnes traditiones, etiā mediæ, sunt contra Euangelion, quando exigitur tanquam dei præcepta necessaria ad iustificationē, quia Paulus ait: Nemo nos iudicet in cibo aut potu, &c.

Item uocat doctrinas dæmoniorum, sed tamen quum existimentur necessariæ, uidendum est, quod Christus ait. Et Paulus noluit circuncidere Titum, quoniam circuncisio tanquam necessaria exgesitatur. Sed in uiolandis traditionibus ser-

C 3 uanda

uanda est moderatio, ne offendamus  
infirmos. Infirmi aut sunt duplices, Alij  
accipiunt occasionem licetiae, ut magna  
pars uulgi, ex causa traditionu uiolatio-  
ne nesciunt fieri, incipiuntq diuinias & hu-  
manas traditiones contemnere. De hoc  
gradu scandali dictu est: Vae homini, per  
quem ueniunt scandala. Alij sunt infirmi, q  
non dñi sati sunt instructi, & suspicantur  
doctrinu falsam esse, itaq ab alienant reli-  
quis doctrinæ partibus necessarijs. Paul-  
lus ait, se malle mori, q offendere fratre.  
Itē: Si haberē fidē, ut montes transferre,  
charitatē aut nō habeo, nihil sum. Cedit  
igit in tali casu fides aliquādiu charitati,  
ppterea huiusmodi offensiones diligen-  
ter uitādæ sunt. Hæc satis est monuisse.

De traditionibus hominum nō pro-  
dest usque adeo multum quotidie dispu-  
tare apud uulgos. At isti sunt maximo-  
rum scandalorum autores, sicut qui uulgo  
sunt autores maioris licentiae. Quare  
non potius hortantur eos ad seruitutē  
ut Paulus ait: Qui uocatus est in circūci-  
sione, non accerlat præputium. Qui est  
apud eos, qui uescunt carnibus, uescat  
in noi

in nomine domini. Qui est apud alios  
nō uescētes, nō iudicet eos, & abstineat.  
Hoc cōsiliū dedit Ambrosius matri Au-  
gustini, ut Romæ seruaret ritus eius ur-  
bis, Mediolani Mediolaneñ. ritus, satis  
em̄ sciret, qđ nō iustificēt. Diligēter etiā  
discernant Ecclesiasticas traditiones, ne  
putent legibus ciuitib⁹ conscientias nō  
teneri. De his enim ait Paulus: Obedite  
nō solum propter metū, sed etiā propter  
conscientiam.

#### DE LIBERTATE CRISTIANA.

Libertas Christiana primum hæc est,  
habere remissionē peccatorū per Chri-  
stum, & consequi sp̄iritū sanctū, per quē  
liberemur à potestate diaboli. Ioan. 4. Si  
uos filius liberarit, uerè liberi estis. De  
hoc gradu libertatis diligēter docendū  
est. Nā hæc affert consciētijs maximā uti-  
litatē. Consolatio em̄ cōcepta corde, lu-  
stantes cū peccatis iuuat, quiū sciunt sibi  
promissum esse auxilium aduersus infir-  
mitatē carnis, aduersus diabolon, ne uin-  
cantur, ne rapiantur ad peccandū.

Secūdus gradus est, liberatos esse nos  
a lege Moysi sicut Paulus ait ad Ephes. 2.  
& Collos. 2.

C 4 Sunt